

REVERENDISSIMO ILLUS-
TRISSIMO
EXCELLENTISSIMO
AC
PERQUAM GRATIOSO
DOMINO
**D. JOANNI HEN-
RICO HERMANNO,**
L. BARONI de KAGENECK,
D. in Müntzingen, Mertingen, Wihlen,
Plaichen, Überthal, & Mühlau,
Sacrae Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis,
superiorisque Austriæ Consiliario actuali In-
timi, nec non Serenitatis suæ Electoralis Palatinæ Ministro sta-
tus conferentiali, & supremo Camerarum Præfidi, ducatusque
Neoburgensis pro-Principi, Inlyti ordinis Teutonici Equiti,
Archi-Commendatori Balliviæ ad Athelin, & Montes,
Commendatori in Weggenstein, &
Dengmoos &c.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

— (0) —

REVERENDISSIME
ILLUSTRISS. EXCELLENTISSIME
PERQUAM ^{AC} GRATIOSE
DOMINE.

Solent illi, qui ex umbrâ
palæstræ litterariæ aliquam
jam modò studiorum suorum,
quibus iniciati sunt, fiduciam habentes,

hau-

haustæ in Academiis Jurisprudentiæ,
 & quam illa suis Agonothetis pollice-
 tur, laureæ Candidati in publico gloriæ
 stadio prærequisitum aliquod suæ pro-
 foro, & forensibus cùm tempore tractan-
 dis causis modò comparatæ qualificatio-
 nis, atque scientiæ specimen edituri pa-
 tronum sibi, atque Mæcenatem quæri-
 tare talem, cuius laudandam in eos, qui
 litteraria castra incitatiore Zelo se-
 quuntur, propensam benevolentiam, eos
 què protegendi cum Authoritatis poten-
 tiâ conjunctam voluntatis promptitudi-
 nem jam ante sufficientibus argumentis
 cognitam habent, eâ fiduciâ ut præpo-
 tentis hujusmodi sub Mæcenatis patro-
 cinante tutelâ contra adversantium im-
 pugnationes tuti per medios adhuc re-
 stantium difficultatum sinuosos anfra-

Etus infra dicti ad propositum sibi gloriæ, at-
que fortunæ bravium tanto animo siore
valeant conamine feliciter pertingere,
Horum ego morem cùm in propositâ mīhi
arenâ literarîa specimen daturus publi-
cum positæ in jurisprudentiæ operæ se-
ctari eligam, e quidem cui præsentes has
publicorum primitias laborum, imbecil-
lemq; studiorum meorū fœtum consècrem,
menti non succurrit aliis nisi **Tu solus**
& unicus Reverendissime, illustrissime,
Excellentissime, & per quam gratiose
Domine, enimvero si propensissimam
Tuam qua honestissimis intentos, devo-
tosque disciplinis, & per eas non inglo-
riè ambitioso nisu eluctari conantes pro-
sequi, tuerique solitus es, aliis incom-
parabilibus virtutibus Tuis consociatam
Tibi communem benevolentiam animo
revo-

revolvam meo, fiducialiter & ego in spem
 maximam erectus, ut sicuti indubitan-
 ter vales, ita pariter gratosè velis etiam
 me Tibi submissè, devotèque supplicem
 in Tuam tutelam recipere, humiliter
 peto, quatenus præsentem, quem Tibi,
 tuoque illustriSSimo nomini consecro,
 exiguum primæ juridicæ meæ praxeos
 partum serenâ fronte suscipere, ejusque
 obscuritati Tuæ lucis inclytum jubar,
 insimulque authoris humilitati ac debi-
 litati contra quævis adversantia Tuæ
 tam præpotenter magnæ authoritatis af-
 fistentiam impertire digneris.

*In cuius retributionem gratiæ prout
 Deum Ter opt. Max. supplicibus votis
 exorare non desisto, ut Reverendissi-
 mam, & Illustrissimam Tuam Exellen-
 tiā*

••• (o) •••

tiam in Serenissimæ Aulæ Palatinæ,
totiusque Illustrissimæ Prosapiæ tuæ
decus & incrementum diutissimè sospit-
et, conservet, amplificet, magnificet, ita
me, & studia mea, & quidquid sum
submississimè transcribo servitiis

REVERENDISSIMÆ ILLUSTRIS-
SIMÆ EXCELLENTISSIMÆ AC
PERQUAM GRATIOSÆ DOMI-
NATIONIS TUÆ

Humillimus Cliens

Ac

Servus devotissimus

Francisc. Joseph. Joan. Montz.

PRO-